

FK 71

X 2120403

Kab

Zf  
5095

Wiegner

65

ERIT. MEMORIA.

VIRI.

NOBILISS. AMPLISS. DOCTISS. ET.  
PRUDENTISSIMI.

DOMINI.

GEORG. WIEGNERI.

IN. ELECTORALI. DRESDA.

CONSULIS. HACTENUS. SENIORIS.

HOC. ET. SINGULIS. NOMINIBUS.

LONGE. MERITISSIMI.

EXACTO. LXXXII. ANNORUM. CURSU.

LAUDE. ET. FELICITATE. MEMORABILI.

A. C. M. DC. LXXXIX. DIE. XIV. JAN.

INSTANTE. III. POMERID.

PIA. INTER. SUSPIRIA. FUNCTI.

XXII. EJUSD. COMITANTE. NUMEROSA. LUGENTIUM.

FREQUENTIA.

SUO. DORMITORIO. ILLATI.

IN. PACE.

QVAM. ADEO. POSTERIS.

EX. OFFICIO.

REVER. MINISTERIUM. ET. SCHOLAST.

COLLEGIUM.

COMMENDARE. VOLUERUNT.

RECOLENDAM.



DRESDÆ,

LITERIS VIDUÆ ET HÆRED. MELCH. BERGENII.





**I**nea grandævæ fiet ultima tacta se-  
nectæ,  
Atqve annos decies vixeris octo  
licet,  
Imò supergressus fueris licet hanc quoque  
metam,  
Quam velut extremam carmina Mosis ha-  
bent:  
Nil tamen in summâ fuerit, cùm ritè putabis,  
Quàm labor atqve dolor, quàm dolor atqve  
labor.

Felix, cui melior fors æthere aditur in alto!  
Hanc Tibi gratamur, de venerande Senex.

*Supremum honorem Venerando Consuli  
habere cupiens scrib.*

SAM. BENED. CARPZOV, D.

Grabschrieffe

Des Sel. Hn. Bürgermeisters.

**D**er schlafft ein alter Greiß / der gleich den Simeon  
In seinem Glauben auch erkandte Gottes-Sohn;  
ER war des Lebens satt von seiner Arbeit müde /  
Und fuhr darauf getrost aus dieser Welt in Friede.

M. CHRISTIANUS LUCIUS,  
Stadt-Prediger.

**A**nnis qui multis urbis moderaris habenas  
Occumbis letho, ter Venerande Senex.  
Omnia sic fati cedunt: Sic ferreus usu  
Frangeris: Exhaurit singula tempus edax.  
Cessandum tandem: Scenæ sic ultimus actus  
Complendus. *Satis est clausula quando bona.*

*Beatè def. Seni Imq; scrib.*

BERNHARDUS Schmidt / Cygnéus, ad S. Cruc.  
Dresd. Archidiac.

Con-



**C**onsilio Consul, toti qui consulit Urbi,  
Cum moritur meritò Curia plebsq; dolet.  
Consilio sed dum toti qui consulit Orbi,  
Vivit adhuc, fudit curia plebsq; DEO.

*Raptim sed ex officio f.*

M. PAULUS Bose.

**E**ffertur CONSUL, cives concurrite, ituri  
Exequias Vestro; fasq; piúm q; jubent.  
Præfuit IS rerum diuturno exercitus usu,  
Dexteritate valens, consilioq; gravis.  
Cui etiam ætatis raro superare supremam  
Metam hominum exemplo dia Pronæa dedit.  
Et potuit multos proavus numerare nepotes,  
Tandem grandævus finit, & astra petit.  
Effertur CONSUL Vester, concurrite Cives!  
Conclamate simul: VIVE, QUIESCE, VALE!

*Pf. XC, II.*

B. M.

Ultim. honor. simulq; toti Famil. lugent.

*condolentiæ*

*debitum exoluturus*

*f.*

M. JOHANNES Seebisch / Cygnæus,  
ad S. Cruc. Symmysta.

**E**ffers Grandævum functum in te, Dresda, tot annos  
Consulis officiò non sine laude suâ.  
Nunc fessus recubat, fruiturque quiete beatâ, &  
Vitæ hujus curis sponte solutus obit.

*deproperabat*

M. JOH. HENR. Kühn / Diac.  
ad S. Crucis.

**W**IEGNERUS, Consul, post tot discrimina rerum,  
In niveo Senio, morte peremptus, obit.  
Ast non morte perit; cœlestia gaudia carpit,  
Adspectu fruitur colloquioq; DEI.  
Molliter intereà sub terris ossa quiescant,  
Relictos firmet lætificetq; DEUS!

*Debite Condolenitæ ergò f.*

CHRISTIANUS Besche / Pastor  
Palæo - Dresd.

A 2

Defun-



Neun Kinder gab Ihm GOTT / dran hatt Er seine Lust /  
Von welchen Er als Groß- und Elter- Vater zehlen  
Noch drey und dreissig kunt der theuren zarten Seelen /  
Nun aber drückt Ihn GOTT an seine Liebes-Brust.

\* die Felicit  
14 Jan: b. 3. pomerid:

Dem wohl Seel. Herrn Bürger-Meister  
zu letzten Ehren schrieb dieses

M. Johann Frenzel / Coll: Tertius.

**C**onsul cum binis octogenarius annis  
Conditur: Hunc luge, Curia nostra, Senem.  
Qvis, Qvalis fuerit, Respublica fortè loquetur:  
Ædilis gnarus confilioq; potens.  
Felix Conjugio: numerosior Ordo Nepotum  
Prosequitur lacrimis & comitatur Avum,  
Cana Fides, requiesce: memor Pietatis in Urbe  
Grande vique Senis Curia semper erit.

JACOB Beutel / Cant:

**S**ic Fuit (*indoleo dictô!*) PATER optimus ille,  
Candidus ingenio, crinibus, ore Senex.  
Nempe Fuit; (*vox infelix.*) Fuit: ô Fuit is, qui  
Nestora canitie vincere dignus erat.  
Vir pius & cunctis natus gravitate senili,  
Heu! WIGNERIADES vivere deseruit.  
In cuius factis Candor, Verumque Bonumque,  
In Verbis, Pietas in prece, corde Fides,  
Stirps alios Magnos; alios Fortuna salutet:  
Hunc Pietas, Virtus fecit honore gravem.  
Hunc sine Templorum fructu, quæ fidus amabat,  
Noluit esse pium JOVA, brabæa dedit.  
Illô Dresda usa est tutore, altore, Patrono,  
Fulcro, ornamento, Consule, Sole, Patre.  
Sic Fuit. Hinc omnes lugent, quæis nota Voluntas  
Ejus & erumpunt: Viveret ô PUBLICO!  
Sed, quia tempus erat, vitâ nunc cedere jussit  
Qui bonus & bonitas ipsa: quis ille? DEUS.  
Hôc octo qui bis lustrorum vixit in orbe;  
Nonne putas Illi dicere posse? sat est.  
Vixit: vivit adhuc; Fuit: Est super æthere, fractum  
Et seniô & curâ Curia sacra beat.  
Hic alii ponant monumenta ex marmore; ad Illi  
Est marmor Virtus, est Pietasq; Lapis.  
Transit annus annus; cæptus novus: ultima nostri  
Lux sit meta mali: prima sit illa boni!  
Ordo Patrum vivat benè! Suffice, CHRISTE, Virum æquum,  
Unde Salus publicæ floreat usque Rei!

Observantia & supremi honoris  
ergo σουδ' υπ' εμ' ρου

Daniel Röhler / Lyc. Cruc. Collega V.  
B Cura-

**C**Urarum Vitæq; satur SENIOR VENERANDUS  
Relicta terra cœlica regna petit.  
Æternum benè TE! non ulla pericula sentis!  
Non, WIEGNERE TIBI cura dolorq; nocent!

*Ultimis honoribus Dn. Consulis*

*p.*

GEORGIUS HEINRICUS Mahler/  
Schol. Cruc. Colleg. VI.

### Sonnet.

**W**as ist im Regiment der Bürger-Meister Ehre?  
Ein Schiff/ das auff dem Meer umschmeißt der Wellen  
Macht/

Wenns durch die Ancker nicht genommen wird in Acht.  
Die starcken Ancker sind die sichersten Gewehre.

Drum daß sich kein Regent im Regiment bethöre/

So muß sein Fleiß darauff zuförderst seyn bedacht/

Daß alles/ was von Ihm soll werden wohl volbracht/

Er bald im Anfang zu dem sichern Anckern kehre.

Wenn so in Sachen wird der Anfang wahrgenommen/

Daß auff das Ende wird zu gleich gezielet wohl/

Der ist im Leben und im Tode Ruhmens voll/

Und wird auch nach dem Todt zur Himmels-Ehre kommen.

Das hat HERR WIEGNER zu Tag und Nacht betrachtet.

Drum wird auch nach dem Todt sein Leben hoch geachtet.

Joh. Georg. Scharff/ Collabor:  
& Al. Regens.



**D**exteritas, candor, pietas, WIEGNERE, fidesq;  
In nivibus capitis visa habitare Tui:

Ast hæ jam licuere nives, nobisq; verendum

Hoc quoq; ne turpes omne liqvescat aqvas,

Ut nunc sunt mores, odit præsentia, virtutem

Ereptam qveritur post sibi turba procax.

Sed Tu sancte Senex, raræ hac ætate senectæ

Exemplum, & stirpis gloria prima Tuæ;

Qvam Tibi non dederat Respublica gesta quietem,

Hanc capis in cœlis absqve dolore, Vale!

*p.*

Jonas Gelenius, Scholæ Palæo-  
Dresd. Rector.

**S** hat der Grosse Gott was sonderlichs vor allen  
Beschlossen über uns/ wenn solche Seulen fallen/  
Wenn Weißheit/ kluger Rath/ Wiß und Gelehrsamkeit/  
Kunst und auch Wissenschaftt vergeht in kurzer Zeit.

C. B. A.

C.

So

**S**o müssen wir doch einst ins schwarz und finstre Grab/  
Wir mögen auf der Welt gleich kurz/ gleich langsam wallen/  
Was hier besteht und steht / muß endlich sterbend fallen/  
Der Libitinen Faust reißt jedes Faden ab;  
Kein Lorber/ Ansehn gilt/ kein Herrschen hat Vertrauen/  
Ihr sind die Zepter nur wie sonst gemeine Hauen.

Daher / weil unbekandt die kurze Lebens-Zeit/  
Doch aber wohl bekandt / daß wir von hinnen müssen:  
So können wir den Rest nicht rühmlich besser schliessen/  
Als wenn wir jeden Blick zum Sterben sind bereit.  
Denn dieser harte Schluß kömmt öfters ohn Verhoffen/  
Drum hats der Selige **HERR WJESNER** wohl getroffen.  
**MICHAEL Percht/ Baccal.**

**H**ic inter Patriæ qvi senior fuit  
Patres, qviq; dedit magna scientiæ &  
Virtutis celebrandæ documenta; nunc  
Annis & Meritis gravis,  
Post feliciter actum spatium suæ  
Vitæ, Corporis artus, satur orbis &  
Confectus senio ac debilis, exuit,  
Sedes fidereas petens.  
In mundo varias officii vices  
Expertus, superis nunc Senioribus  
Cœlestis Patriæ splendidus asfidens  
Sentit gaudia maxima.  
Nos ævi melioris nitidum quidem  
Exemplum, & Decus hoc eximium fori  
Lugemus meritò; nos niveum virum  
Raptum morte dolemus hunc.  
Multis sed quid opus jam qverulis modis?  
Est summum potius consilium DEI,  
Cujus nos morimur vivimus & manu,  
Spectandum Patris optimi.  
Devicit stygii spicula Dæmonis  
Et mundi mala nunc plurima pessimi  
**CONSUL.** Tu modo faxis, Deus optime,  
Urbis Mœnia, quæ quidem  
Casu **CONSULIS** hujus cecidere jam,  
Ut feliciter in pervigili novo  
Tandem restituantur, reliquos simul  
Suffulci Proceres Deus.  
Sed vos, pectora quorum Deus opprimit  
Luctu, Cura Patris provida protegat  
Et solamine dulci recreet; fit is  
Vobis Pharmacon optimum.

*Supremis honoribus B. DN. CONSULIS*

*scribat*

**M. IMMANUEL Gerber/ Scholæ**  
ad **B. A. Rector.** **Sz**

FR 2/50 95

SI vis ingenii, virtus, veneranda Senectus,  
Si doctum pectus, si integritas animi.  
Si gravitas morum possent obsistere morti,  
Non foret extinctus WIEGNER, en! ille Senex.  
Cernere qui meruit grandævi Nestoris annos,  
Annos qui Pyleos vivere dignus erat.  
Sed bene, tu cunctis ereptus nempe periclis,  
Et, queis forte brevi terra ruenda, malis.

CHRISTIANUS Möser / Cantor  
ad D. Annæ.



*Pyrrhus Epirotarum Rex de Fabricio C.*

Ille est FABRICIUS, qui difficilius ab honestate,  
quam Sol à suo cursu averti poterat.

### Sonnett.

Es mag ein König selbst *Fabricium* erheben/  
Und tragen seinen Ruhm bis an das Sternen-Feld/  
Weil Er im Tugend-Streit gefochten als ein Held;  
Ich kan mit grösserm Recht/nach Tugend-vollem Leben/  
Ein solches Ehren-Lob dem Edlen WIEGNER geben;  
Eh' hätt das Sonnen-Licht sein Lauffen eingestellt/  
Als seine Redlichkeit besiegt die Laster-Welt.  
Solt seine Edle Seel ietzt nicht im Himmel schweben?  
Die aber hergklich sind umb seinen Tod betrübt/  
Bedencken/ das ER GOTT gewesen höchst-beliebt.  
Sie haben zwar numehr die Schalen hier begraben/  
Der Kern schwebt über Sie / umbzirekt mit hellem Schein/  
Und dieser grossen Freud soll gar kein Ende seyn/  
Ihr Vater wird gewis des Glückes Anfang haben.

Aus Schuldigkeit schrieb dieses

J. M. Schumann / von Wismar/  
SS. Theol. Stud.





FK 71

X2120409

Kab

Zf  
5095

ERIT. MEMORIA.

VIRI.

NOBILISS. AMPLISS. DOCTISS. ET.

PRUDEN

DOM

GEORG. W

IN. ELECTOR

CONSULIS. HACT

HOC. ET. SINGUI

LONGE. M

EXACTO. LXXXII.

LAUDE. ET. FELICIT

A. C. M. DC. LXXX

INSTANTE. III

PIA. INTER. SUS

XXII. EJUSD. COMITANTE.

FREQV

SUO. DORMITC

IN. P

QVAM. ADEO

Ex. OF

REVER. MINISTERII

COLLE

COMMENDARE.

RECOLE



DRES

LITERIS VIDUÆ ET HÆRED.

